



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Digressio XIV. De Oratione, puritate conscientiae; sobrietate; & discretâ
corporis mortificatione, Caritatis praesidijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

aliquando alijs placere ex conjunctione nra
& incipimus magis displicere, ex morum
probitate, in nobis consideratâ.

DIGRESSIO XIV.

*De reliquis Castitatis præfilijs
nempe studio Orationis; Puritatis
scientiæ; Sobrietatis; & discrete mor-
tificationis corporis.*

THEOPHOBUS (1.)

PRæter recensita Castitatis præfilijs
superfunt alia, ijs, quibuscumque
quor, accommoda, in præfenti Digres-
sione discutienda; videlicet Orationis
nis; puritatis conscientiæ; Sobrietatis
& corporalis mortificationis studii
quia enim castitatis hostes alij interni
sunt, atq; domestici, alij verò extrinseci
& adventitij; idcirco contra eos certandum
nûs, & eminûs assiduè pugnandum est.
Nonnunquam enim à naturali castitatis
complexione prosiliunt, frequentius
cibi, potûsque superfluitate, nõ raro à
negligentia, ac debiti puritatis incuria
plerumque verò à maligni spiritus
gestione: quod postremum facile ab-
iungitur.

Castitatis
hostes.

inde dignoscitur, quando tentationes
 insurgunt sine ullu respectu, vel sa-
 cro in loco, vel orationis tempore;
 aut cum quis omnium minimè velit.
 Id verò his verbis ipsemet Christus luæ
 lectissimæ Sponsæ Virgini Senensi ma-
 nifestavit dicens. *Frequenter diabolus ora-*
tionis tempore animam varijs imaginat o-
nibus, & phantasmatibus magis infestare
conatur, quàm extra tempus orationis. At
 mox ita subjunxit præsentissimum O-
 rationis antidotum docens: ORATIO,
 quæ in vilitatis propriæ, & bonitatis
 meæ cognitione peragitur, est *armatu-*
ra fortissima adversus omnes inimicos; ar-
matura, dico, impenetrabilis, flagellum
dæmonis, certum perfugium, securus
portus, tutissimum asylon. Hæc una
 mala omnia tollit, pravas concupiscen-
 tias extinguit, effrænatas animi passio-
 nes domat, hostes prosternit, tentatio-
 nes superat, cogitationum muscas ex-
 pellit, phantasias corrigit, & carnis de-
 sideria proffigat.

II. Quòd si stygius molossus pro
 more suo impuris latratibus vos oran-
 tes infestet, quantocyùs signum S.
 Crucis efformate, & Angelicâ salutatione
 purissimæ Virginis opem implorate,
 certo certius victores evasuri, majora-
 que gratiæ, castitatis & meritorum per-
 cepturi.

*Blos. in
 monil.
 spir. c. 3.*

*Orationis
 antidotum
 contra eas.*

*Idem in
 canone
 vit. spir.
 17.*

*Blos. in
 farrag. u-
 tiliss. in-
 stit.*

cepturi incrementa. Deinde plurimum contra periculum obortæ delectationis diabolum instigantē, qui si præsentem corporaliter, confectus in faciem suam, & illudere vel blasphemantivis dicendo: apage cruenta bestia deformis, immunda, & fœtens. Obmutesce canis impudens; non te audiam hil mihi tecum, ô infelix. Tu nefaria apostata, ex purissimo Angelo proter tuam rebellionem in turpissimum & abominabile monstrum convertes, dejectus es, maledictus es, damnatus es, & ecce velles quoque animam meam pretiosissimo IESV Christi sanguine dealbatam, tuis immundis inquinare, & tui similem facere. Abominabile: abi sus lutulente, & grunniens multiplicentur tibi pœnæ tuæ quæ quægesies centies, pro tam abominabile tentatione mihi immissa &c. Hisce similibus objectis, cum impudens spiritus inveterato superbia typho tumeat, illicò omnis confusio exprobrationis, ac vilipendij impudentissimus, ringendo, & crepando, quasi si fulmine iectus evanelcet. Quod si verò etiamnum impudenter reduxerit, vel alia vice vos persequeretur aut suis lordibus spiritum vestrum affluere

Diabolum
spuere im-
properan-
do.

Blos in
can. vit.

spir. c. 2.

Trith. in

cap. 7. re-

gular. 6. &

Rodrig.

part. 3.

tr. 4. c. 8.

Blos. loc.
cit.

get, quamvis fortè per nonnullos prioris vitæ actus (uti cateroquin evenire potest) occasionem eorum, quæ nunc patimini, dedissetis, ne cadatis animo, neque enim vobis Deum reddet offensum, quidquid præter voluntatem vestram sustinetis, si, quod sordidum est, ejiciatis; & anteaactæ vitæ sarcinam deposueritis. Quare voluntates vestras solummodò à consensu servate liberas, & finite deinceps diabolum & carnem furere: quod magis pro juniorum informatione, aut solatio scrupulorum, quàm ad vos, hîc dixerò.

III. Orationis præsidium firmabit conscientia nitor, candor, & puritas, illiusque diligens studium per Sacrae Confessionis lavacrum. Qua in re duos Sacerdotum errores præterire non possum. Prior illorum est, qui quidem nullâ mortalis peccati lue Sacris peragendis indignos se reddunt; cæterum cum in sæculo, tanquam Cimmerijs tenebris obvolutâ Ægypto, vel quasi in putidissimâ Sodomæi incendij fornace versentur; vix adeò immaculato calle (quantâvis etiam diligentia adhibitâ) transire possunt illæsi: quin vel tenebris illius nonnihil obfuscentur, vel istius quaversum exhalantibus scintillis, aut fumo attingantur; veniales tamen macu-

Confessio frequens.

Incuria nitoris conscientia.

maculas flocci habentes, rarissimi
mologesi consciētiæ lux latebras
ri, sordesque contractas expiare
dent. Eiusmodi inprimis illa
rum Digressionum contenta de
noxarum gravitate, & curâ
rum replico; dein illud Divi
stomi pronuntiatum inculco:

*Hom. 87.
super
Matth.*

Venialia
magis vi
tanda,
quam gra-
via.

quiddam, & inaudium dicere audeo.
mibi nunquam videri, non tantum
magna esse peccata vitanda, quanto
& vilia. Illa enim ut aversemur, quæ
cæti natura efficit: ad hæc autem, quæ
va sunt, desides sumus, & dum conu-
tur, non potest ad expulsionem conu-
mus generosus insurgere.

I V. Vnde ob talem venia-
peccatorum quandoque etiam fati-
um, & de mortali gravitate dubi-
neglectum, & confessionis dilatio-
nimis pronâ facilitate in expres-
talia prolabuntur: & nisi insuper
Dei miseratio parceret, cum tot
infecta animâ (etsi non penitus
celebrantibus, vel alia gravis, vel
tē cælestis vindicta frequentius

*Polland.
in Vit. 20.
Mart. n.
24.*

geret, quæ refertur in vitâ S. C.
berti Episcopi cuidam Presbytero
disse, qui de nocte cum muliere
parùm honesto usus commercio

de mane, ad aliquorum nobilium instantiâ, Missam sive sub dubio, sive sub consilio mortalis impedimenti reatu, non præviâ confessione, celebraret, in sacra communione Corporis Domini citavit particulam hostiæ calici immixtam in terribilissimam picis formam, sanguinem vero sensit in amarissimum fellis potum esse mutatum.

V. Alter error, imò non error, sed sacrilegium immane, atrox, & nefandum ludæ scelus eorum est, (ah factus Deus! ut nulli similes toto orbe reperiantur) qui, quod horreo dicere, non horrent, nec contremiscunt, cum gravata certo mortali crimine conscientia necquidquam murmurante, rodente, reclamante (aut, quod desperatissimi maliforet, callo jam obducta) sine prævio impurati animi, & corporis lavacro **SANCTA SANCTORUM** introire. Ad vos, ô Sacerdotes! dicit Dominus

Vindicta
in celebran-
tem sine
prævia
confess.

Malach.
2. 7. & 7.

Sacramen-
tum pollui-
tur ab in-
dignè cele-
brantibus.

Y

Filius

Filius pollui dicitur, nisi quando
 cerdotes foedissimo libidinis
 os, linguam, labia, manus, cor,
 pus, & animam contaminati, atque
 rupti, praesunt panem illum, &
 nem illam, qua omnigena panis
 fons est, illoti contrectare, offerre,
 videre, sumere, ac populo indigni-
 me administrare?

VI. Quod si Africanus Praesul

s. August. mat, Si quis agnoscens reatum suum
serm. 152. se se humiliter ab altari Ecclesiae pro
de temp. datione vitae remove voluerit, ab

Abstinen-
 dum ab in-
 digna cele-
 bratione.

illo, & caelesti convivio excommunicari
 non timebit: Ergo e contra, qui
 agnoscens suum mortalis sceleris
 tum, ab Altari divino se non subtra-
 rit, eundem ab illo caelesti commu-
 nicari penitus contingeret.

s. Hier.

de, va tibi (invehitur Purpuratus Ec-
 clesiae Doctor) Va tibi Sacerdos! qui
 dem ore oscularis filiam Veneris, qui
 ante sumpsisti filium Virginis. O impius!

*Gyltas Sa-
 piens. tom.
 5. Biblioth
 SS. PP.*

osculo Filium hominis tradis? Tales
 dignius, multoque rectius ad carcerem, pro
 talem poenalem, quam ad Sacerdotium
 tracti fuissent. Quapropter o Sacerdos
 o Religiosi ad tantum dignitatis
 gium evecti; o populus acquiesce
 divinae! recogitare, (per salutem

stram) recogitate, quia membra Christi, templum estis Spiritus Sancti, nolite ergo facere membra meretricis. Non enim corpori vestro injuriam facitis; quia non est vestrum corpus, sed Christi. Et ideo Fratres charissimi, unusquisque consideret conscientiam suam, & quando se al quo crimine vulneratum esse cognoverit, prius confessionis lavacro, orationibus, jejunijs, & elemosinis studeat emundare conscientiam suam, & sic Eucharistiam presumat accipere.

VII. Ad tertium, & quartum Capituli munimentum contra tentationes ex ipsamet hominis carne provenientes digrediamur, quod est sobrietatis; & corporalis afflictionis seu discretæ mortificationis, liquidem enim a planta pedis usque ad verticem capitis non est in homine sanitas, quam non inficiat concupiscentia, & lex peccati adeo regnet in omnibus membris, ut unusquisque suum circumferat laqueum, carnem scilicet totius nequitiae fomitem; de peccato natam, ipsa origine sua corruptam, peccatis innutritam, illecebris infectam, libertate effrænam, & quandoque prava consuetudine vitiatam, plane sine continuo, & diligenti mortificationis studio, quocumque se verterit homo, proficere non poterit. Ipsa enim est hollis internecinus sine pace, intus

82

per

S. Chryso.
in 1. Cor.
3. hom.
18.

S. Aug.
loc. cit.

Confessio
celebratio
ni præmissis
sequenda.

Caro corruptelæ
illecebra.

perniciosissimè blandiens, foris
 culosissimè saviens, cui si plus,
 oportet, tribuas, inimicum nutris;
 tra si necessitati ejus plus, quem
 res, subtrahas, civem necas; unde
 quid agas, illam cum spiritu in
 tiam conciliare non potes, semper
 hi duo conjunctissimi fratres,
 quidem liber, rationis compos,
 dens, alter verò totaliter infans
 stultus, ac servus inter se dissiden-
 cente quasi altero ad alterum, *non*
sum tecum vivere, nec sine te.

Abstinen-
 tijs morti-
 ficanda.
 Eccli. c.
 33. v. 25.

go in tam ancipiti contentione
 dum? si Scripturam sacram con-
 ecce tibi oraculum: *Cibaria, & onus*
& onus asino; panis, & disciplina, & servo.
 De onere & opere contra
 (pulvinar diaboli) dictum superius
 cibarijs & pane, de virga, & ali-
 na restat agendum.

S. Greg.
 30. mor.
 6. 26.

VIII. Nōsti, duobus modis
 tes flammās restingui: materiae
 cer, ac fomenti subtractione; & n-
 affusione aquarum, vel quavis vi
 suppressione. De primo ita Mag.
 gorius; in durissimis omnium
 tis praelijs nullus palmam spiritalis
 taminis apprehendit, qui in semetipso
 per afflictam ventris concupiscentiam
 incentiva non devicerit. Lamentari

solet de innumeris mundi illecebris, de infinitis occasionibus malorum, de prava societate, de diaboli astutia, de carnis infirmitate, de humanae naturae fragilitate, dicendo: castus esse vellem, sed nequeo; irritat mundus, instigat daemon, occasio suadet, societas impellit, natura provocat, fragilitas deficit resistendo: miserum me, & infelicem; quis me liberabit de corpore mortis hujus? Sed agis incassum, quisquis es, cui Deus est venter, pulmo templum, aqualiculus altare, sacerdos coquus, Spiritus Sanctus nidor, condimenta charismata, & ructus Prophetæ: incassum; ubi Fides in culinibus calet, Spes fervet in cacabis, Charitas aestuat in cadis, & poculis, devotio flagrat in potu, extatici excessus fiunt in ebrietate, patientia, & abstinencia exercentur in distenti ventris nausea. Tu ipse excessibus tuis carnis fragilitatem confortas ad vitia, tu roboras, tu armas, tu facis potentem, cum eam carnibus satiam vino nimis inundas, omni mollitie palpi, & ad illecebras nutris.

Castitas undique impugnata.

Rom. 7: 24.

Tertul. l. de jejunij.

Gula libidinis fomentum.

Origen. hom. 9. in Lev.

Polland. in Vit. Apr. n. 23. Beda Jun. Sacerdos in aulica vita femperans.

IX. Volve, mi chare Philothee, vitam Bedæ junioris, Sacerdotis primò secularis, dein Regularis, qui in aulâ Caroli Magni, inter mundanas delicias, occasionum illecebras, aliorumque societates. pro castitate inviolatè servanda

omnia haec recensita remedia
 fuerit iose ac studiosè executus, suo
 plo docuit, etiam regales aulas (vnde
 domicilia) posse fieri castimoniarum
 rumque virtutum sanctoria. Is enim
 elemosynis largus, in victu parca,
 sobrietate exercitatus, in jejunijs
 us, in vigilijs pernox, à cultu carnis
 alienissimus, à foeminarum conuicio
 profugus, orationibus ad eum indelectus
 ditus erat, ut durissimo brachia
 sua callo fuerint obducta. Eccc
 cerdore teississimam puritatis cry
 Simile tibi ob oculos pono M. O.
PHILE, ex innumeris Religiosis
 unicum hinc B. Dodonem, uti O.
 Pramontratenfis, ita & corporalis
 tificationis pro castitatis tutela
 lum: praeterquam enim quod
 diebus & noctibus quingentas
 das fecerit genuflexiones; corpore
 um medium septem circulis ferret
 brachia duobus circumcinxit, et
 desuper cilicio, superinducta en
 lorica, cum duabus tunicis lan
 interula & extima veste praedicta
 periente: non nisi matta pro strato
 pro cervicali, ligno concavo ad
 miendum usus. Vnde, quia concup
 tias carnis vivus sic crucifixus,

*Phil. in
 Vit. 30.
 Mart. n. 3.
 S. Dodo
 mortificati
 onis. Specu
 lum.*

it, ut etiam in mortui corpore sacra
vulnerum Christi stigmata appaerent.

X. Sed si vobis hæc admiranda po-
tius, quàm imitanda videantur exempla,
en **MONOPHILE** imitabilia quoad
abstinentiam ex SS. Hilarione & Hie-
ronymo, qui carni suæ, & corpori, tan-
quam jumento insipienti frequenter in-
geminârunt: *Ego aselle, faciam, ut non cal-
citres; non te, hordeo pascam, sed paleis,
fame te conficiam, & siti, gravi onerabo
pondere, ut cibum potius, quàm lasciviam
cogites.* Ita saltem ordinata tuæ Religio-
nis jejunia cole, vigiliis ama, quandoqui-
dem sicut somnus somnum adescat, ita vigilia
vigilias pariunt; inordinatos superfluitatis
in cibo potuque appetitus coerce, famem
duntaxat in mensa communibus, non
gulam delicatioribus ferculis obsonare
assuesce, & faciliè obtemperantem tu-
um senties asellum. Tuque **PHILO-
THEE** prudentissimum sobrietatis,
frugalitatis, & abstinentiæ modum pro
castitate conservanda disce à Purpurato
Antiltite Carolo, qui primò unius per
hebdomadem diei jejunium inchoans,
successivè adjiciendo secundum, dein
tertium hebdomadatim diem, & quartū,
abinde gradatim progressus ad negle-
ctum carniū, quandoque ad vini, &
melioris ferculi carentiam, ita sese ad

Facilis mo-
dus mortifi-
cationis
Religiosæ.

Abstinen-
tia S. Caro-
li gradatim.

perfectæ abstinentiæ rigorem afflicto
 ut deinceps non nisi semel in die,
 plerumque solo pane, & aqua com-
 tus, nullâ interim pastoralium fun-
 dum parte intermissâ, reficeret. Non
 non ignorabant hi Sancti, quid ab-
 stinenti procedunt castæ cogitationes, & per-
 voluntates, salubria consilia, ac perni-
 taria afflictiones; caro concupiscen-
 tur, & virtutibus spiritus innovatur. Et
 quoad remedium subtractionis fornicationis
 ad restringendum ignem.

XI. Superest, ut de affusione
 in voracissimam Veneris flammam
 ter insinuata priore N. VII.) ad
 adiciamus, quæ est afflictatio corporis
 per vigiliis, humi cubationes, algere
 æstus, urticas, flagella, cilicia, loricæ
 aliaque similia; quibus imprimis
 memoratus Sacerdos, & Pontifex
 rissimè castigavit corpus suum, & non
 solum asseribus nudis, aut paleis in-
 miendo, somni que tempus nocturnum
 ad quatuor duntaxat horas restringendo,
 sed etiam saxivissimis flagellis dor-
 purpuram proprii quoque sanguinis
 ostro tingendo, in servitutum re-
 Alijs stupendis mortificationibus ubi
 cratissimi Religionum Antesignanus
 Benedictus impudicâ tentatione res-
 tum juvenile corpusculum in ver-

S. Leo
 serm 2 de
 ieiun.

Illius, alio-
 run que SS.
 mortificat.
 corporal.
 exempla.

Seraphicus P. Pranciscus in nives ; S. Ignatius Lojola non proprij , sed alieni incendij causâ in stagnantes, gelu que rigentes fluvios, prodigiosissimus Paduensis Antonius in ardentibus prunas titillata corporis membra conjicientes, per ignem, aquam, & effusum largissimè cruorem eduxere in castitatis refrigerium. Quibus denique Thymaturgus ille Dominicus accensendus, qui non modò ter singulis noctibus flagellando, sed per quadragesimam ad prolixissimas preces quadragies quinquies mille ictibus in innocentes suos artus desaxiit. Quid tu ad ista PHILOTHEE? Ecquid tu MONOPHILE?

XII. PHILOTH. Sit verbo venia, dicam, quod censeo, videntur hujusmodi Sancti nimis atroces, ac proflus inhumani carnis suæ tam teneræ, tam amicæ, tam inseparabilis, & individui comitis ocores fuisse, pœnè dixerim, tyranni? neque enim caro humana (*caro aenea est.*) Vnde existimem, *Iob. c. 6^a v. 12,* illos debitæ discretionis terminos excessisse.

MONOPH. Quamvis istos proceros Sanctitatis Gigantes, aliosque plurimos vitam multum rigidam duxisse agnoscamus (nam illi à Spiritu Sancto plenius illustrati sciebant, Deo placere

Blof. 1. in-
stit. spirit.
c. 2.

Rom. 12. 1.

Mortifica-
tionis dif-
cretio.

cere, ut ita viverent) docet tamē-
simus Blofius, inultatam vitæ
ritatem non esse temerè amplecten-
dum, cum enim *rationabile obsequium* nos
se debeat, multi autem fervorem,
in initio suæ ad Religionem con-
nis secuti, naturam ultra modum
parte gravârint, seque ad vacan-
Deo, & proximorum saluti per publi-
functiones, ineptos reddiderint, in-
centes, in omnibus discretionem
tum matrem esse observandam.

XIII. THEOPH. Vt pueri
opinionem vestram replicem; car-
tatis) recentissima etiam animalia
nes sale conspergi solent?

MONOPH. Arbitror, ne pro-
ter humorum abundantiam foetent
putrescant.

Carnes sa-
le resper-
gendi usus.

THEOPH. Rectissime judicatur
Sed eodem prorsus modo, nisi
na caro flagellis atteratur, cilicij
cetur, heroicis actibus exercentur
tificationum sale conspergatur,
nentijs, jejunijs, inedijs siccetur,
tim in mollitiem, & foetorem luxu-
peccati que putredinem diffundit:
tanta sit carnis, & animæ propin-
imò conjunctio, necesse est, al-
vitijs alteram quoque infici, vige-

que, ac florescente juvenili carne indomita, spiritum quoque incrassari, dilatarsi, & recalcitrare: ideoque prædicti, & alij Sancti, & Sanctæ corpora sua tam dirè coërcebant. Sed neque cogites, velim, me adduxisse prædicta exempla, ut tibi per ea quidquam extraordinariæ, ac similis austeritatis consulere velim, ad discretionis terminos excedendos; verùm æqui, bonique consule, quæ dicam; optarem, ut te examinares, an non fortassis tuæ cuti plus æquo timeas, quæcunque minima, corpus, carnemve morsicantia, non jam dico, cilicia, aut thoraces ciliquinos, catenas urticas, aut siagra, sed levissimum quemque dentium, capitivæ dolorem, sive (ut ita loquar) pulicis morsum abhorrendo, veluti continuo fatalem tibi morbum, aut mortem, allatura essent inmeritam, vel immaturam. Valde vereor, ne aliquorum Religiosorum, quam sic vocant, **INVSITATA** vitæ austeritas, vel **VSITATA** potiùs laxitas hæc sit, desiderare, cibo, somno, otio, jocis, recreationibus, alijsque corporis commoditatibus ad plenam satietatem posse indulgere, & è contra studium, laborem, cellæ solitudinem, silentium, & si quæ sunt carnis libertati adversantia, abhorreere.

XIV. Et te, PHILOTHEA

Sancti cur
sibitiam ri-
gidi?

piam sanctiora de sanctissimis viti-
criter in corpus suam savientibus
tite, quam ut discretionis m-
excesserint, cum alij pro obli-
torum peccatorum conversione,
pro animarum purgatorij refrigerio
nocentis sui sanguinis rivulos d-
rint, multi in memoriam crucentis
palsionis Christi, omnes autem ex-
ternâ divini Spiritus motione, & ad-
tabile, pro modulo saltem cujusque
emplum id fecerint. De reliquis
verem lubens quemcunque de
ro Ecclesiastico, ab omni crimine
cessus, aut imaginariæ indiscretionis
ga seipsum, etiamsi verbi gratia,
excutiendo nimij somni tempore
turius manè corpus è plumis
ret, quam sol matutinus per fenestram
ad interiora cubiculi illuxisset,
de nobili Canonorum numero
tius ad divina Chori officia
ret, quam tantam temporis moram
otiosis negotijs traheret, donec
mum signi minutum elapsum fu-
non ita delicatè aqualiculo curando
tenderet, quin saltem feriâ festi-
Sabbato in Iesu Christi pro se
xi, ejusque sanctissimæ Matris An-
cata suæ honorem, hebdomedario

Faciles mo-
di pro Cle-
ricis se mor-
tificandi,

nio gulam defraudaret, ac praterito-
rum fortè excessuum noxas expiaret.
Vel ad utilissimum temporis impendi-
um quotidie unâ ad minimum sacratis-
sini Rosarij parte, vel supererogatorio
B. Mariæ Virginis officio, ac piâ quâdam
meditatiunculâ, exactoque suâ conscien-
tiæ examine faciendis & persolvendis
ô quàm sanctè! ô quàm fructuosè &
suaviter se assuefaceret, uti multos è Sa-
cerdotibus illius longæ æternitatis me-
mores, agere nullus dubito. Imò ne-
que ulli foret pertimescendum, quòd
casum reservatum committeret, si se-
mel, aut bis in septimanâ pro utilissi-
mo, & fortè etiam necessario castitatis
remedio, aut lumbos suos cilicio frica-
ret, aut robustum & juvenile dorsum
flagello exercens, bullientes carnis pru-
ritus compesceret. S. mum Antistitem
Vdalricû, maximè ingruente carnis ten-
tatione, imitando, qui à puero omnes fœ-
minas fugit, appropinquantem Cupidi-
nem cilicio absterruit, Veneris flammâ,
inmissis in accensum lumen digito, ex-
tinxit. Quid, quæso, inusitati rigoris
in similibus facillimis, sanctissimis-
que exercitijs subesset? Et tamen per
hæc exigua respectivè, ingentia sibi vir-
tutum, perfectionis & gloriæ merita com-
pararent Sacerdotes; certamque su-
am

Pia Sacerdo-
tum exer-
citiâ

S. Vdalri-
cus veneris
domitor.

Moderatæ
carnis mor-
tificationes

am facerent prædestinationem. No-
te ergo Dilectissimi (ut concludam)
temeratum castitatis liliū quærent
in mollibus plumis & pulvinaribus
in tricongijs & ferventibus cal-
quam præfati Sancti non nisi in aqua
in spinis, in cilicijs & flagris inven-
runt.

MEDITATIO XXII

De alijs medijs, & adiumentis
castitatis, à doctrina, & exemplis
Christi, & Sanctorum.

Text. Reg.
c. 4. instr. 2.
35. 36. 37.
6. 64. 13.
21. 37.

Delicias non amplecti: Non esse timo-
rum: non multum edacem: non in-
nolentum; non concupiscere: amare castitatem
amare jejunium: corpus castigare: orationem
frequenter incumbere.

Matth.
17. 20.

Prælod. Imaginare, qualiter Chri-
stus suis Discipulis conquerentibus
non potuisse ex oblesso juvene, in-
quenter in ignes, & aquam præcipitem
diabolum eicere, responderit, hoc genus
demoniorum non eicitur, nisi per orationem
& jejunium. Scilicet Alimodæus, laxavit
spiritus.

Modi ex-
tinguendi
ventris ig-
nem,

Punct. 1. Confid. 1. Sicut ignis de
bus modis extinguitur; subtrahendo
materiæ, & superfusione aquæ, ita ve-